

Epistola ad Lignitrad. t
fulda zu Halle Jan. 1835.

7

Epicedia
 IN TUMULUM
 ORNATISSIMI JUVENIS
ANDREÆ Guseri
 Vitmershagensis, alumni Scholæ Quedlinbur-
 gensis solertissimi

p. m.

Quem

Deus Opt: Maxumus, 27. Novemb. Currentis hu-
 jus 1654. anni, Pia ac placida morte ex miserrima
 hac mortali vita avocavit

scripta

Popularibus & Condiscipulis colligentibus

QVEDLINBURGI,
 TYPIS JOHANNIS OCKELII,



XXV eXXV eXXV eXXV eXXV eXXV eXXV eXXV eXXV
OOO OOO OOO OOO OOO OOO OOO OOO OOO OOO OOO OOO
XXV eXXV eXXV eXXV eXXV eXXV eXXV eXXV eXXV

I.



T desiderii ista fidelibus
Quærebat Puerum virgo Dei parens
Cunctantem patriis sub penetralibus
Et sub marmoreo tholo:
Quem tandem stupuit digna silentia
Mistum, præfulibus scita revolvere,
Mysterumque pio, lætior auribus
Haussit, colloquio frui:

Sic te flebilibus prosequitur modis

Mæsta, HÛSERE, domus: fata recludere

Optaret: Sed ades morte carentium

Sancto concilio Patrum.

Audis ætherea ad pulpita Spiritum

Consultis Sophia cedere nescium

Ad plenum rapido à quo sapientiæ

Fluxu copia profluit.

Sic vivo studii gratia quæ fuit,

Cœlesti sequitur sede reconditum:

O felix! sociis det Deus, ut tuum

Claudamus latus affecclæ.

Haec in hunc locum Henricus Carsten,
scripsit hæc pauca.

AN

II.

ANDREAS cecidit, juvenes spectate, senesq;
 HUSERUS subitâ morte peremptus obit.
 Cui pietas cordi semper Musæq; fuere
 Virtutum cultor qui studiosus erat,
 Quem ferè sex Menses docuit bene Quellula, quemq;
 Ceu mater docto fovit amica sinu.
 Discite mortalem vitam, & non temnere Numen,
 Incerto motu Parca stat ante fores
 Paucos ante dies, scitis, denatus HUSERUS
 Nobiscum in sacrâ Numinis æde fuit.
 Quid querar? ereptum lacrumæ non reddere possunt
 Quem Musæ lugent, luget & alma schola.
 Postremum faciam, decorabo versibus urnam,
 Felicemq; Piâ morte, fideq; canam.

Ἐργὸν δὲ τὸν

Diem, mensem, Annum obitus, & cognomen
 Exhibens.

AVrea ter no Vles a Vrora No Ve Mbrls Vbl orta est,
 Helfern er Ip Vlt Vls f Vrlb VnDa ne Cls.

συμπραδ. ergo

Johan: Spangenbergius,
 Kindelbruccensis Thyrigera.

III.

ANDREAS HUSERUS

lit: disp:

DURAS HERUS SANE.

EXimios juvenes etiam quod dira lubido

A 2

Mul-

Parcarum tollat; teneris nec parcat alumnis
Musarum, pietas cordi quibus atque fideli
Obsequia, usq; fuit præstandi cura magistro.
Id probat HÛSERUS Quædæ dum docta Lycea
Visit, ut esset HERUS parnasso in monte celebris.
Heu! sed quæ nostram rotat inconstantia vitam
Quæq; volubilitas & cæca pericula versant,
Hic etenim surgens meliori furculus ævo
Ut sese in florem jucundior induit atq;
Ostendit vegetas docto conamine vires
Progressus, lethi prohibet truculenta potestas
Altius ingenuâ caput arte extollere sacrum,
Flos probitatis erat, nulli virtutis secundus
Moribus egregiis clarus, spectamen honesti
Ac ornamentum juvenis spectabile ludi
Pulchri, quem rapuit florentibus Atropos annis,
Multa modis mordet quod tristia pectora multis,
Vivere nam dignus longævi Nestoris annos.
Hinc nostris lacrymis ANDREA, es dignus, amice,
Clare virtutis, qui nobile nomen adeptus.
Patria te luget; deflent tua busta parentes
Et deflet Jovæ Musisq; sacrata juvenus.
Sed modus in rebus; paulò suspendere questum
Ipse jubes, nitidâ saturatus in arce triumphans
Liquisti ut placidæ humanissima limina Quædæ,
Sic DURAS SANE felix depellere curas
Promptus HERUSq; poli mortalia gaudia spernis
Vicisti omne malum, fidei salvante triumphas
Et Scuto SANE DURAS HERUS atq; beatus
DURAS in caelis Jovæ charissima proles,

Epig.

Epig:
Qui QUEDLÆ LYMPHA, jacet hic HUSERUS Alumnus,
Imbutus doctâ, teq; valere jubet.

Ita
De La Cr Matlonis

ergo
Petrus Hildebrand/
Lüccensis Misnicus

IV.

O Bene, cui cœli contingit gaudia læta
Mirari, ac ipsum cernere in axe DEUM!
Hæc autem nobis Tu Hüsere beatior: umbram
Aligeri cœlo composuere tuam.
Tu Sanctam Triadem manifesto in lumine cernis
Carminibus gaudes æthereisq; choris
Non igitur credam Te, si fiet optio, cœlo
Posthabito, terras mallo habitare malas.

Debitæ Condolentiæ ergo

JOHANNES MEISTERUS,
Oldenrodenſis Saxo.

V.

Cum nostri in Pheretro caput
Huseri positum, pallidacernoque
Ejus brachia, væ meum
Pectus difficili concutitur metu.
Tunc heu lingua silentio
Inter verba cadit: labitur in genas
Profusus liquor, arguens,
Quam charus fueris, intime, pectori.

A 3

Plura

Ploro, quod tibi candido
Stamen noluerint ducere longius
Parcæ: spemque Patris pii
Ausu tam rabido fata sefellerint.
Sed tu sedibus aureis
Flores perpetuâ, calice jugiter
Gaudens gaudia, labraque
Potu latifico nectaris imbuis.
Felices ter & amplius
Quos pacata tenet regia, nec malis
Districti querimoniis.
Jactantur, rapido lembus ut æquore.

συμπαραθέτας ἐνεκα ascripsit

Otto Johan Reddiger, Scholæ
Patriæ alumnus.

VI.

PRo mite Quædiacæ Musæ jam Promite fletus.
OMusæ, ô Charites, vestrum decus occidit, ergô
Plangite, quæ colitis Pindum luctusq; movete
Pectoribusq; crebros gemitus effundite tunsis
Occidit, heu! contabuit, heu! exaruit, eheu!
Deliciûm Phæbi, Musarum corculum amandum,
Qui pietatis amans, in primo flore juventæ
Hunc, dolor! atra dies rapuit merfitq; vigentem,
O mortis glaciale cor! ô lex plumbea fati!
Nil probitatis amor valuit, nil vota præcesq;?
O mors infandum, horribile ac inamabile monstrum!
Ullâ tu sine lege rapis juvenesq; senesq;
Miramur fatum: at non hæc sine numine Jovæ
Eveniunt, qui cuncta suo moderamine complet
Qui mare, qui cælum, totum qui possidet orbem
Duxit ad astra animam, quæ nunc benè vivit in axe,

Omni-

Omnibus erepta est damnis, mundi; procellis
Quare Quedliacæ Musæ jam ponite fletus,
Este procul gemitus: tristes procul este querelæ.
Hæc agit ætherios superatâ morte triumphos,
Illi parta quies in cœli sede corusca.
Non mortalis ei (mihî crede) est optio vitæ.
Sit modus in lacrymis Musæ deponite luctus
In cœlo vivit, cujus jam corpus humamus.

IN TUMULUM.

O juvenis quoties tumulum forte aspicias istum,
Tunc animo toties tecum, perpendito iusto,
Quod mors certa tibi, quamvis florentibus annis.
Comprobat hoc HUSER juvenis, qui morte sepultus
Hic jacet in tumulo, pauco nam tempore vixit.
Nil potuit pietas, nec amœni gratia vultus.
Usq; adeo nemo, toto sub sole beatus,
Ceu gramen eadimus, ceu somnus abimus, & imur;
Nec nostræ specimen mundo relinquimus umbræ.
Disce mori juvenis, mortis meditatio vita est.

Sic in honorem & Piam recordationem
Piè & beatè denati singuliebatur

THOMAS Krüger Bard: Pomer:

VII.

U T vanas mentes securior obruit unda,
Inq; luem foedam demergit vita scelestâ;
Sic quem Supremus conspexit amore paterno,
Tollitur ex mediis motu subito ille periclis,
Invitet mores ne pestis obesa probatos,
Invadatq; piam mentem perversa libido.
Sic natus clari patris sub flore juventæ
Cœlitus eripitur fortunæ fluctibus atræ.
Tutus enim caret is peccandi mille periclis;
Crimina nulla videt, neq; eum tormenta movebunt.
Idcirco hoc tumulo recubabunt molliter ossa,

Mcl

Mens tenet ætherei pia candida tecta theatri,
Felix quæ fruitur conspectu lata Jehovæ,
Mors sancta in Christo est æternæ janua vitæ.

EPITAPHIUM.

Conditur hoc tumulo juvenis pius atq; fidelis,
Ceu rosa qui recubat ferventi sole perusta.
Cujus testatur vitam sine labe peractam
Mens justa ante homines, & Spiritus ante Jehovah!
Sed pia mens subito conscendit Olympica tempe,
In mundo quoq; semper erit pia fama superstes.

Piæ condolentiæ ergo addidit

Johannes Fridericus **Rüchel**
Peinensis Saxo.

VIII.

Quisquis es, ô juvenis, noli promittere longos
Annos, venturam caniciem q; tibi
Tristis enim nulli mortis violentia parcit,
Nec curat, quamvis sis pietatis amans:
Quamvis sis artes & linguam doctus utramque
Aut solers, Charitum muneribusq; potens,
Hocce quidem nemo ignorat, sed clarius illud
Indicat Huseri mors inopina pii.
Nam cunctis notum, qui dant hîc tempora musis
Quàm probus & quanta sedulitatis erat,
Quàm formosus erat? quàm flavo crine decorus?
Quam gratus, celebris lausq; decusq; scholæ?
Hinc poterat doctus quondam remeare paternas
Ad sedes, ingens & Patriæ esse decus.

Sed

Sed reditum in Patriam mors immatura negavit,

Ista probos rapiens sævior ante dies.

Cum fugiat nullum Proserpina sæva, labores

Tu longam spatiò spem rescare brevi.

Præsentiq; die reputes quàm sis brevis ævi,

Qui mortis memor est est memor iste sui.

Egregio juveni supremum honorem exhi-
bendi ergo fecit,

Christianus Calenius

IX.

O Cecidit hanc coluit doctas qui segniter artes

Occidis insignis qui pietate fuit.

O sortem duram! Cuius spe mortuus omni

HUSERUS, quam sit vita caduca doces.

At non interijt totus, pars sanctior alto

In cælo vera tempora pacis agit.

Interes magno sunt in mœrore parentes,

Non patrij cordis vulnere majus erit.

Sed tamen & iusti debet modus esse doloris,

Mors in mortales ius habet atra suum.

Sic voluit Dominus, varum sator, arbiter ævi,

Illius in manibus vitæq; morsq; iacet.

Illi vivamus Domino moriamur ut ipsi,

In cælo restant gaudia vera pijs.

Debitæ Condolentiæ ergò s.

Balthasarus Fridericus Degen/Blancken-

burgensis Saxo,

X.

Heu! quæ fama meas ferit illatâbilis aures,

HUSERUS Scholici Pompaq; Flosq; gregis

Hunc

B

Pur-

Purpureus veluti cecidit flosictus aratro,
Patria quem stratum, Turbaq; Docta dolent.
Nam Probitas Mōrum, Pietasq; id poscit aperta,
Quas veræ nōras laudis amare Decus.
Quicquid habet Virtus, nitido anteferenda metallo,
Intulerat thalamo cordis id omne Tui.
Luget TE meritò Genitor, TE luget Apollo,
Atque Sacrata Deo, & jam benè - mœsta Cohors.
Quin Tibi fulgor adhuc: nec dum Tua forma recessit,
Cessit Laus, quæ non ullo abolenda die.
Qui pius in Christo moritur, Cui vivus adhæsit,
Non moritur, moriens vivit & ipse Deo.

Hæc paucula, infracti in Pie-defunctum
amoris ergò

lacrumans accelerabat

Justus Reineccius, Rodenbergâ-
Schaumburgicus.

XI.

Ευγνώμων ὁ Θεὸς μερόπων δε σέργει, ἐκείνας
Αργαλέως θλίβει πῆμασι θυμοβόροις.
Τὴν ἐκείνην ἀγάπην γινώσκειτ' ἄθυμοι
Ὅφρα ἑστέ, πρὸς τὴν πάντα καλῶς ὁ Θεός.
Τίον ἔδωχ' ὑμῖν ἔσθιν, καὶ ἀφείλεν ἐκείνον,
Ἐκ κερδῆος ἔχειτ' ἐν ὑψιμέδοντι χάριν.
Τίος ὅθ' ὑμέτερος βίον εἰς αἰῶνιον ἤλθεν.
Ἀεὶ ὅπως χαίρει παναμέμνητο εἰών.

Quos Deus affectu prædivite diligit, illos
Cordivoris curis implicat atque premit.
Hos igitur Domini mores agnoscite, tristes
O Pater, ô Mater: Non malè Jova facit.

Hunc

Hunc Vobis Gnatum dedit, ipſus & abſtulit illum
Cordicitus quare glorificate DEUM.

Filius hic veſter quia tranſit ad aurea Tempe,
Nullus ubi Dolor eſt, eſt ubi multa Quies.

Amoris & Condolentiæ
ergò ſcrib.

Johan- Chriſtian Viliz, Qued-
linburgenſis

XII.

DIALOGUS

Inter Patrem lugentem & Amicum
Conſolantem.

1.
Pat:

Quàm mente Nati pendeo lugubri,
Curis imago cum ſubit obrutum?
Heu prole crudelis ſepulchro
Num viduum Libitina condeſ?

2.

Filium revellit (proh!) Lachæſis breve
Dente allaborans: occidit, occidit
Spes omnis & propago noſtri
Nominis, emoriente nato,

3.
Amic:

Queſtu requiras parcius invido,
Quem jam benigni tegmine Numinis
Fulgens Jehovahæ dextra obumbrat
Angelicâ harmonia beatum.

4.
Pat:

At ſi volaſſet ſerior in polum
Hic deſtinatis ſunctus honoribus,
Nunc imminentis næ fuiſſet
Præſidium & columen ſeneſcæ,

5.
Amic:

Pectus veneni fixa medullitus
Proſerpit aucti, dum premat anxium,
Immane cœmentum ut ferentem
Degevat exitioq; ſternit,

6.

Pat:

Sed ſilla divi ſanguinis unica
Sordes pudendas purius eluit,
Ut candor effecti Jehovahæ
Ceu pueri placeat virentis.

7.
Amic:

Aſt ulcus exit pure ubi turgidum,
Quando cicatrix ſœda recruduit,
Quanto dolorum reris æſtu
Diſtrahier ſenio trementes,

8.

Qualis viator rura perambulat,
Non grandi onuſtus faſce: facillimè
Sic mole culpæ fas levatum
Ad ſuperas remeare ſedes.

Συμπράξεις ΈΒΕΝΑ

Scriptit

JOHANNES Gränbagn.

B 2

EPGR:

BA

XIII.

EPIGRAMMA.



Ulla salus terris, æternam quærimus inquit
Rimatur vitæ qui melioris iter.
Nulla salus terris, cœlestem posco salutem,
In Christum, credens & moriturus, ait.
Verum ait æternam qui quærit ritè salutem,
Verum, qui toto pectore poscit, ait.
Quâ circumfusus tellus se porrigit undis
Invenit veram nemo, nec inveniet.
Salve igitur, veræ vitæ studiosus & hæres,
Plaude salutis amans, plaude, beatus ovas.

Georgius Fridericus
Macht/Hetstad:

XIV.



Nego, quem dederant cursum pia fata, peregi,
Mors optata mihi fecit ad astra viam.
Per Syrtes, rerum per tot discrimina, portum
Inveni, vici quæ mala mundus habet.
Parce tuis lacrymis Pater O mœstissime, Frater
Ploratum & luctum mitte supervacuum.
Non etenim morior sed vitam vivo perennem
Junget & in cœlis nos sua membra DEUS.
Ipsi etiam cineres Christi virtute resurgent
Quando refrigerii fulserit illa dies.

Ita mœstissimum Patrem ut & Fratrem
in honorem & amorem defun-
cti solatur.

JOHANNES Büttner/VVestph.

XV.

Vos quotquot niveis alit ubere Pallas in ulnis,

Ad

Ad bustum madidis accelerate genis:
Occidit Hüserus primo sub flore juventæ,
Occidit, heu fallax & breve vita bonum,
Da Deus alme, precor, lucis revocetur in oras,
Et duræ mortis lex resoluta cadat.
Sed precor imprudens, non fas ita velle, precandum
Est potius cineri, ut sit sopor atque quies,
Hic certè æternis non momentanea mundi
Mutabit, felix, qui statione sua est.
Sed tamen haut lacrimis tabescere lumina cessent,
Nec possum lacrymis non cumulare micæ.
Invideat, quicumque volet? spectamen alumni
De scholico coetu noster Hüserus erat.
Noster Hüserus erat, specimen pietatis, honesti
Exemplum, matris spesq; decusq; patris.
Nec doleamus eum subito tam funeremersum,
Nil herbas, medicas, nil valuisse manus?
Nos curare decet supremum mortis honorem,
Inque peregrino solvere iusta solo.
Plura dolor prohibet: Salve dulcissime amice
Inque beatorum pace, sinuque, vale.
Molliter in gremio recuba telluris amate
Perpetuum & salve perpetuumque vale.

Salomon Preisius, Anneb:
Misnic: & scholæ Quedlæ
alumnus.

B 3

AM!

A H! non damna querar quod in ævi flore virente;
N on parcis socio mors violenta meo!
D eplorent meritò lacrymæ, gemitusq; paterni,
R iteq; defunctum mater amata fleat.
E xcedis vitâ lacrymans, HUSERE, nec optas
A mplius ex studiis gaudia ferre tuis.
S ingula sunt hominum tenui pendentia filo
H eusubito casu, quæ valere, ruunt.
V obis exemplum juvenis jam mortuus esto,
S ed dolor! heu! quid homo? nil nisi fumus, humus.
E rgo da nobis Deus ut pia fata sequantur
R ellictam vitam, cum fugitiva cadet.
V os autem hoc casu afflicti deponite luctus,
S ic etenim voluit, qui regit astra, DEUS,

ANNO,

PræCoClterqVeM neXIn VltæfLore neCaVIt
 Lætitia frVltVr COLLOqVloqVe patris.

Supremi honoris ergo scribebat

CONRADUS Aefermann/
 VVernigeroda Che-
 ruscus.

XVIII.

V I flatus venti vitiosus demetit herbas
 Surgente Eoo, quæ viguere bene.
 Sic etiam tristes depascunt corpora morbi,
 Et tollunt sanctos e medio juvenes,

Mista

Mista senum & juvenum densantur funera, nulli
Parcere mortali, mors violenta cupit.
Exemplo HUSERUS, primò quem in flore juventæ
Surripuit tristis mortis avara manus.

Condolentiæ

ergo

scripsit.

HERMANNUS Dencken /
Braunsvic.

XIX.



M ledleades Musæ, Phoebi sacra tem-
pla colentes

Ad præsens madidis funus adeste
genis

Ille scholæ nostræ pius (heu) spem
præter alumnus

Occidit, ablatus morte reliquit
humum

Candidus Andreas, Reverendi sanguis Huseri

Deliciæq; matris, deliciæq; patris,

Et nunc languescit, ceu flos succisus aratro,

Ceu rosa, quæ verno tempore tacta cadit.

Occidit Aönij dulcissima portio Iudi

Quâ Budæ manant lenè fluentis aquæ.

Quid

Quid juvat ingenuas voluisse fideliter artes
Discere, quid laudum puncta merere juvat?
Vivit iners Gnato, qui spernere verba docentum,
Stellio qui socios lædere sæpe solet.
Occidit egregius puer, egregiusq; laborum,
Optima dum pereunt, deteriora manent
Utilia ad nullam rem terræ pondera durant,
Mors inopina pios morigerosq; necat.
Heu quis in hoc casu fletum suspendere possit
Quis pius haud lacrimis ora rigare velit?
Præcipit hoc pietas, monet id sacra pagina, prolis
Lugeat ut genitor funera nempe piæ.
Sed venerande pater tu mersum funere natum,
Non nimium flebis, non nimiumq; gemes
In tali casu te consolaberis ipsum
Christi verbo alios qui recreare potes,
Dum scis quod tuus Andreas sua lumina Christo
Confidens placidè, clauserat atq; piè,
JAN tuus Andreas quod me non iudice nosti
Angelicos inter vivit ovatq; choros.
Nunc in cœlesti ludo versatur alumnus,
Ac audit Christi dogma docentis ibi
Qui raptus nobis in cœlum lætus abivit.
Gustat ubi æternum nectar & ambrosiam.
Ergo siste tuas materq; paterq; querelas,
Atq; querelarum desine tota domus

Nam

Nam JAN-Andreas qui vester sanguis abivit,
Quo vos venturus creditis esse brevi.

συμπαθ. ἔνεκα

adjecit

HEINRICUS THEUNE
Brunvicensis.

XX.

Αγαθὴν ἔμπαυτος θάνατον καὶ μοῖραν κραταίην,
Πρέσβον ἢ ἡδὲ νέον ἢ καιὸν ἢ δὲ καλόν.
Ταῖς μέσσοισι φίλον καὶ ἐμὲ νῦν πρὸν ἑταῖρον
καμφθεῖσι τοῖς δρεπάνοις ἔκτανε μοῖραν κακῇ.
ἔκτανε μοῖραν κακῇ (Φεῦ) ἢ χαλεπώτατον ἦδον
Θρηνησῆς μητρὸς, καὶ γοεῖ πατέρων.
Τῷ ξένῳ ἢ δὲ κατηχητῶς φίλος ὄυσερος ἔσκεν,
ὅτι ὀφειλόμενον κῦθη, ὅπως σφισιν
οὗτος ὁ ἀνδρείας πᾶσι φίλτατος ἔσκε γονέων,
ὅτι τοκῆα φιλεῖ, μητέρα ἔτ, ἀγάπη.
ἀλλὰ θεῷ δὴ πᾶσι πάντων φίλτατος ἔσκεν,
ὅτι αὐτῷ σοργὴν, ὅτι κ' ἀναπνεύσας.
Τοῖσι γονεῦσιν ὑμῖν θεοῖσιν μέγα πῖμα κυλίθη,
αὐτὰρ κενότατον πλείοσι πῖμα βροτοῖς.
τί ἐκλαίεις πατέρωϊκτίσως κατὰ δάκρυα χέουων;
μητρὸς τί κλαίεις ἢ ἢ καὶ φίλον;
ἀνδρείας τοῖ ἐγὼ κέλομαι ζῆν αὐτὸς ἀνάστα,
φθέγγεται ἑσχάτιον τοῖο θεοῖο λάλαξ.
παμμακαρ εἰς οὐκ ἔρη σὺ γὰρ τὰ ὀλύμπια ναίεις
δωμάτων ἄτερ τε κακῆ, καὶ χαλεπῶ πόνου.

Συμπαθείας καὶ φιλοφιλίας ἔνεκα scribebat
Balthasar Müller / Olsnicensis Variscus
p. t. alumnus Quedlinb:

Aufri-

Auspice Jovae!

Uod nulli cupiant parcere tetricæ
Parcæ, sed rigidas injiciant manus
Cunctis, addocet ecce

Exemplum juvenis probi

HUSERI, pietas inclyta cui fuit
Cordi, qui eximiæ culmen ad arduum
Virtutis properabat

Totis viribus ingeni.

Non illi tamen (heu!) parcere nescia
Parcit Parca, statim sed juvenilibus
Annis abstulit: atq;

In nigrum posuit scrobem.

Quis siccis oculis cernere eum potest
Casum? eheu Charites tempora cingite
Taxo, ducito lesus

Largos Pieria ô cohors!

Verùm tristitiæ fige modum quoq;
Et planctus nimii, atq; hæc meditatio
Luctus pellat amara,

Quod felix ter & amplius.

ANDRE-

ANDREAS superas nunc habitat domus
Quod nunc Angelicis ordinibus poli
Ascriptus sine fine
Lætus carmina cantitat.

En HVSERIADES cœlicolum chorō
Mistus, jam Ambrosia & nectare pascitur,
Gaudet gaudia, nescit
Quæ lingua Evigenum loqui:

ANNO.

Dante Deo Andreas noster Cœlestia regna
Fortiter en petiit!

Hæc συμπάροχων adjicicbat

MICHAEL RIBOVV Barda Pomeri

F I N I S.



ANDREAS superas nunc habitas domus
Quod nunc Angelicis ordinibus pot
Altitudo sine fine
I. ARS CANTUS CANTUS

IN HUSERIADES ecclesiam choro
Missas: Ambrosii & nequar patrum
Gaudet gaudia, recte
Quae lingua Evigilium loquitur

AVVO

Dante Deo Andreas noster Castellanus
Forsiter en possit!

Et in eius regno regnabit

MICHAEL RIBOV Baldus Pomeri

F I N I S




Quae lingua Evigilium loquitur



40 37

VD17



Inches 1 2 3 4 5 6 7 8
Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black
------	------	-------	--------	-----	---------	-------	---------	-------

14

ia
LUM
IUVBNIS

E Gubern
Scholæ Quedlinbur-
ssimi

ovemb. Currentis hu
morte ex miserrima
avocavit

ic colligendis

URGI,
S OCKELII